

44 TACHENII

sus modo hominis natura operatur,
cum qua omnes artes omniaque
artificia communicant, & medi-
cus huius doctrina ignarus de-
fraudat quandoque suam inten-
tionem, propter attributa circum-
stantias & varias mutationes, que
in multiplicibus humani corporis
ventriculis contingunt. Verba
Hippocratis.

Fusoria ars, alcalibus aci da
absorbi docet. Cap. 8.

OMNIA mineralia cuiuscum-
que sunt generis, quae me-
tallica corpora absconsa gerunt, as-
sociata sunt acidis (sulphuri nimi-
rum vario) quae impeditnt quo
minus metallum ab impuritate fo-
dinarum segregari possit. In hac an-
gustia necesse est confugere ad al-
calia, quae celerem præstant opem.
In puluerem itaque reducunt
minerale, idque alcali commi-
scunt ac in crucibulo fundunt, fu-
sionem nitro accelerant, quod
cum dicto sulphure accenditur, sic
pro parte deflagrat, pars vero cum
tartaro in alcali vertitur. Hoc al-
cali absorbet & combibit omne a-
cidum, quod metallum in fugam
verttere potuisse, sed hac via fūdū
in

Metalli
præcipita-
tio per Al-
cali.

HIPPOCRATES. 45

in fusione petit, quem artistæ REGULVM, id est purum metallum sulphuribus priuum appellant : quod rursus sub cupella probatoria cum plumbo ad puritatem ulterius deducunt: de quo vide documentos, mei saltem est intentio de salium natura loqui.

Dixi, metalla etiam perfecta ab acidis mineralibus in fumum verti , quod in argento cum plumbo fuso in testa , quam cupellam vocant, facta ex Cinere lauato manifestum sit: in hoc frustulatim sulphur injice, cuius aciditas cum fugit, etiam metallum in fugam vertit , quod recolligere licet madido linteo panno in camino expanso .

Aliud experimentum quo probantur metalla perfecta ab acido minerali in fugam verti , est Cementum illud quod Regale vocant, & componitur ex communem marino sale & laterum puluere , quo cum stratificant aureas monetas cupro ligatas, in hoc cimento aurum sine fusione dimittit cuprum quod cum acido salis spiritu in fumum abit , spiritus tamen etiam de auro non nihil secum aufert : sed cum spiritus acidus auro grauatus coopercula testacea transuolare tentat terreum al-

*Argentū
fugit cum
acido mi-
nerali.*

*Aurum
fugit cum
acido mi-
nerali.*

cali

46 TACHENII

cali sorbet acidum fumum, & au-
rum irretitur seu præcipitatur,
cooperculisque inhæret, dum spi-
ritus hæc rodit, quæ postea con-
teruntur, cum argento viuo &
aqua, in hac contritione mercu-
rius bibt aurum, illudque hero
suo reddit, quando per corium ab
illo separatur.

*Regulus
Antimo-
nij.*

Quemadmodum mineralia me-
talla ferentia in REGVLVM fun-
duntur, eadem via etiam ex Anti-
monio Regulus præcipitatur:
scilicet Antimonij Tartati ana lib i.
Nitrī lib. s. in puluerem contere, &
commisce, & per vices hanc mix-
turam accende in crucibulo can-
defacto ad totius materiæ accen-
sionem, tunc addito igne fusionis
alcali bibt aciditatem antimonij,
regulique puri segregantur 4. vn-
cia.

Sunt qui loco nitri sal mari-
num accipiunt, sed ut dixi non sit
alcali cum sulphure, ideo Anti-
monium ab eius aciditate roditur
& in ignis tortura eleuatur in bul-
las minusque cadit reguli. Hæc
exempla de præcipitatione per
fusionem cum alcali in via sicca
satis esse iudico.

Est & alijs præcipitandi modus
via humida dictus cuius ex-
emplum

HIPPOCRATES. 47.

emplum sit : Alcali quoddam in aqua solutum, vel commune purum lixiuum idem erit sicut semper ut dixi acida absorbet, & sic mundificat etiam sal petre seu Nitrum ab omni acido, quod ideo emunctiores medici in angina pro summo refrigerante elegerunt, ob id sal prunellæ vocari cœpit (quidam ex ignauis patribus, cum forte laudari à nostris audiisset sal prunellæ, accessit noctu ad pharmacopolem, & de sale prunellæ quæsivit num paretur ex prunis silvestribus vel domesticis? Hitamen à vulgo idiotis & mulierculis canonici vocari amant) coquunt inquam nitrum in lixujo alcalizato, donec gutta in frigido ferro ut serum constet, tunc in frigidum locum se ponunt, fine effusione in aliud vas, & per noctem in strias concrescere permitunt nitidissimas & purissimas, quas sequente mane abluunt. Alcali enim omne acidum noctuum & impurum ab illo absorpsit, *sicue in humano corpore etiam contingit* Hippoc. sic docente lib. I. de diæta.

Nitri sic mundificati vires sunt diuinæ & innumerabiles in omnibus fere morbis, qui refriger-

*Nitrum
cū sulphure
combustū
fit salsum,
& angina
plus vocet
quam pro-
deft.*

48 TACHENII

frigerationis indigent.

In alui stipticitate cum febrili calore coniuncta sit potus humectans, refrigerans & lubricans oculis & palato gratus ex nitro, Manna & aqua, proportione pro indicantis exigentia,

Idem potus confert Astmaticis, febricitantibus, & ruetibus ex accessis Hypochondrijs.

Vrinæ ardori nitrum licet mundificatum non prodest, quod falsorum more vrinæ loca pertransit, quod alcalibus non licet ob rationes ubique explicatas, & mercurium non præcipitat, ideo salis naturam hoc loco sequitur.

Hactenus de acido & alcali in genere, nunc specialiter de Tartari alcali aliquid dicendum.

Alcali tartari Priviliegium Alcali Tartari.

tari prae-

gatina.

Cap. 9.

Dixi quod inter sixiora alcalia sal tartari gaudeat singulari priuilegio, & licet sit corpus graue, terrestre, impurum, & sordibus inquinatum, digestum tamen cum quocumque metallo per debitum tempus id conuertit in mercurium currentem, quod expertus, incredulis

*Aurum cū
sit fere to
rum sulfur
minimūm
dat mercu
rij.*